



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

193. An aliquando sint licita oscula, & tacatus inter vxoratos cum periculo
pollutionis? Et pro confirmando doctrina huius quæstionis adducitur, quod
petere debitum cum aperto periculo effusionis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

tionis, non peccare mortaliter, quia tactus ille, licet actu non referatur ad coniugium, satis est cum suapte natura ordinari ad presentis coniugium, sicut contingit in delectatione morosa. Ita ille.

2. Et tandem nouissime etiam ex Societate Iesu tamquam probabilem teneat hanc opinionem Iohannes Propositus In 3, part. D. Thom. q.6. de bonis matr. dub. 26. num. 188. vbi sic ait. Peres virum coniux possit absque graui peccato seipsum tangere ex voluptate carnali, non referendo ad copulam? Negat Vasquez, afferit Sanchez, cuius sententia videtur probabilior, quia talis contactus exercetur intra limites matrimonij, estque natura sua idoneus ad copulam licitam, nec ordinatur ad illicitam; ergo nihil per eum committitur repugnans fiduci coniugali, aut matrimonij fini, & proinde ex illis capitibus non contrahit malitiam mortalem, quam non potest aliunde contrahere si ab sit pollutionis periculum. Ita ille. Vnde hanc sententiam, quae prius pro se solum Sanchez habebat, nunc habet alios tres Patronos, sed tu ne recedas à contraria cum Doctoribus, quos citauit in dicta resolutione, afferentes in tali cau peccatum mortale adesse, nec aliter sentiendum esse puto, quiquid Sanchez Hurrado & alii afferant.

RESOL. CXCI.

An sit peccatum mortale, si coniuges inter se tangent, & osculentur pudenda propter salam voluptatis. Idem est de verbis impudicis, & affectu partium reverendarum, & amplexibus in honestis inter coniugatos, modo non sit periculum pollutionis. Et notatur, quod si aliquis sine interruptione moraliter multorum osculetur pudenda aliquis feminæ, vel pueri, sufficit, ut in confessione dicatur, osculata sunt solutam, vel puerum, & non est opus explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis; nam est haec tantum circumstantia aggrauans, qua secundum probabilem opinionem, quam ego reno, non est necessarium in confessione aperienda.

Sup hoc infra lego doctrinam Ref. CXI. signanter post medium, & si placet vide etiam alias Ref. & §§. eius primae not. & signat. ex Ref. 196. §. ultim. vest. tactus, & supra in Ref. 37. §. Idem.

1. E sle peccatum mortale à fortiori docet Paulanus in 4, dist. 31, quest. 3, art. 2, concl. 6. Sylvestris ver. debitum coniugale, quest. 7, & ex neotericis Rodriguez in summa nouissima tom. 1, cap. 129, concl. 11, vbi sic afferit. [Los casados que se deleytan en tactos venerosos, no los queriendo ordenar à copula conjugal, pecan mortalmente, aunque Cayetano diga que no, cesando el peligro de polucion, en pero como ordinariamente ay este peligro, no deve ser amitida la opinion de Cayetano, pues de las cosas morales anemos de juzgar, conforme lo que comunemente acace, y no anemos de acudir a metafisicas,] Ita ille.

2. Sed si haec opinio esset vera, va contra conjugatis; igitur contrariant sententiam docent communiter Doctores, eti si tactus, & oscula sint in partibus pudendis, vnde Zanardus ex Dominicanorum familia in directorio Confessor. part. 1. de Sacram. matrim. cap. 4, num. 24. sic ait: Dico non esse peccatum mortale circa periculum pollutionis, quo scilicet tactus, oscula, verba impudica, & aspectus partium reverendarum inter coniuges. Sed audiamus Sylviu in 2, 2, q. 15, 4, art. 4, concl. 61. Oscula, (ait) tactus & amplexus etiam in honesti, inter eos adiuvicem si sunt coniugati, excusantur a mortali, quia uis sunt ob delectatione absque intentione copulae coniugalis; modis non sit periculum pollutionis. Idem docet Fillius Societatis Iesu tom. 2, tract. 30, cap. 10, n. 195. vbi sic afferit. Inferunt oscula in partibus in honestis à fortiori esse peccata mortalia; haec enim in his

Tom. 4, 1.

partibus non sunt nisi ex amore libino, & depravato, & practice loquendo, semper oscula libidinosa inter non coniugatos. Inter hos autem, eti non sunt confenda peccata mortalia, tamen increpandi sunt qui hoc faciunt, tanquam operis arguentis animum nimis mollem, & libidini deditum. Ita ille, & ego. Vide etiam Salas in part. 2, tom. 2, & quæst. 74, tract. 13, disp. 6, disp. 26, n. 169. Granado etiam in p. 2, contr. 6, tract. 4, disp. 7, n. 4.

3. Ad argumentum vero Rodriguez respondendo, supradicta oscula, & tactus communiter non fieri cum periculo pollutionis, & si tale periculum in aliquibus adficeret, illis uti minimè possent, ut dicunt est. Notandum est tamen hic obiter, quod si aliquis interruptione moraliter multorum osculetur pudenda alicuius feminæ, vel pueri (ignoscite pudica aures) sufficit, ut in confessione dicatur, Osculatus sum solutam, vel puerum, & non opus est explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis; nam est haec tantum circumstantia aggrauans, qua secundum probabilem opinionem, quam ego reno, non est necessarium in confessione aperienda.

RESOL. CXCII.

An in aliquibus casibus tactus, oscula, &c. sint licita inter coniugatos cum periculo pollutionis? Ex part. 3, tract. 4, Ref. 216, alias 217.

§. 1. R eferam hic tantum verba Michaëlis Zanardi Dominican in direct. confess. p. 1. de Sacram. matrim. cap. 21, q. 17, fol. mibi 908. vbi sic afferit. Tactus, & oscula coniugati cum coniuge cum periculo pollutionis, immo cum pollutione quandoque non sunt peccata mortalia. Primo, si pollutio accidat petenti, quia quamvis petens non possit petere oscula cum periculo pollutionis, poterit tamen pati ea, etiam si polluantur, quia non dat operam rei illicitæ, & hoc est præter intentionem eius. Secundo, nec etiam in petente, si intendenter copulam; & dum iam ostendit per oscula eam excitare pollutum propter supradictam rationem. Nec tertio, si fierent ad excitandum amorem, vel ad eum conservandum, & tum propter intentionem se quereret pollutio. Ita Zanardus, & ante illum Sanchez to. 3, lib. 9, disp. 45, n. 35. quem etiam sequitur Fillius tom. 1, tract. 10, part. 1, cap. 9, num. 356.

Sup. hoc in
dubibus Ref.
216, & infra
in Ref. 207.
§. Dicendum,
ad lin. 6, &
in tom. 8, tr.
6, Ref. 20.
§. Quarto
sexto, in
principio.

RESOL. CXCIII.

An aliquando sint licita oscula, & tactus inter uxores, cum periculo pollutionis? Et pro confirmanda doctrina huius questionis adducitur, quod posere debitum cum aperto periculo effusionis feminis extra vas naturale, est peccatum mortale.

Et quod si dans operam rei aliquo licite, & precepie, & aduerterat, retenta actione, ut possit impedire, tenetur impedire, aliquo mortaliter peccabit. Ex part. 6, tr. 7, & Misc. 2, Ref. 65.

§. 1. P ro parte affirmativa in 3, part. tract. 4, 2, 6, l. 22, adduxi Zanardum Dominicanum; Sanchez & Fillium Iesu: & hanc sententiam ex eadem Societate tanquam probabilem admittit nouissimum Stephanus Bauny in Theolog. Moral. parte 1, tract. 12, quest. 5, vbi sic ait. Haec opinio si quid habet ponderis, id totum in Doctorum auctor-

Quod hoc est
Ref. antecess
dens, & in
alii eius
annos.

Pp. 3 titatem.

Tractatus Sextus

450

ritatem, qui illam inuexerunt & probauerunt referendum existimo. Sanè quia benigna est, & in coniuges indulgens, si quis eam sibi sequendam crederet, non magnopere repugnabo. Ita Bauny. Et idem, quidam Confessarius excusabat Coniugem, qua, cùm maritus illam osculabatur in pollutionem incidebat: & etiam excusabat ipsum virum, quando osculabatur uxorem ad excitandum amorem, vel ad eum conservandum, & prater intentionem pollutionis sequebatur.

2. Sed hæc opinio displicet Ioanni Præposito in

3. part. D. Thom. qnaq. 6. de Sacram. matrimon. dab. 25.

num. 186. vbi sic ait. Coniuges, qui actum coniugalē exercere possunt absque graui peccato se mutuū amplectiti, tangere, osculari, &c. quamvis hos actus

ad copulam non referat: quia tales actus ratione

contractus, & status matrimonialis coherentur,

& redduntur licite; ac proinde suam malitiam de-

bent aliunde contrahere: non contrahunt autem

aliunde, quād quod non ordinantur in finem, & proinde solū inueniuntur defectus ordinantis in fi-

nem, qui solū veniale malitiam continet.

3. Probarur. Coniux ratione contractus matrimonialis habet dominium corporis sue compartis in ordine ad actum carnalem; & proinde in ordine ad actus natura sua prævios: quo dominio, & vsu domini non priuat, eo quod hic & nunc nolit actum consummatum. Adverte tamen debere abesse periculum pollutionis & scandalum in alterutra parte.

4. Dices hi actus de le sunt liciti, tantumque contrahunt malitiam venialem propter defectum ordinantis in finem: actus autem licitus & honestus non contrahit mortalem malitiam ex prævisa pollutione, &c. Ergo, &c. Respondeo sepositis opinionibus, qua versantur circa materiam minoris propositionis, negando eamdem minorem quoad actus, de quibus est sermo: nam tactus, oscula, amplexus inter coniuges catenus licent, quatenus queruntur intra limites matrimonij: & per consequens, in quantum nihil sequitur repugnans fini, & institutioni seminis: sequitur autem aliquid repugnans, si femei extra vas effundatur, neque pollution in eo calu dici potest solū permitta, cum sequatur ex impetu illius motus carnalis, qui per se intenditur. Confirmatur: petere debitum cum aperto periculo effusionis seminis extra vas naturale est peccatum mortale: ergo etiam actus subordinati contrahent malitiam mortalem, si subdit consimile pollutionis periculum. Cū verò frequenter subesse possit in contactibus dissuadendi: nisi ordinantur ad copulam, vel saltem ea peratur, quando aduertitur periculum. Vnde videtur minus probandum, quod ait Sanchez lib. 9. de matrimonio, diff. 45. n. 36. non semper esse mortales tactus exercitos cum periculo pollutionis etiam in perente: id. inquam, minus probatur, cū pollution eo calu possit vitari petendo actum coniugalem, quem coniugatus potest exercere. Confirmatur, si dans operam rei alioquin licita & præcepta aduertas inde securutam pollutionem, quam retenta actione possit impeditre, tenetur impidire, alioquin mortaliter peccabit: cū ergo coniugatus in nostro calu possit occurrere pollutionem per actum coniugalem, qui non est ei difficultilis, teneret illum exercere: propter quam rationem, per se loquendo, sentio comparem, qua per modum redditivis eodem actus cum delectatione venient patitur, vel exercet, teneri actum coniugalem petere, si aduertat in se pollutionis periculum, & nulla circumstantia extrinseca excusat: alioquin pollutionem censendam ei voluntariam, cū eam possit impidire per medium non extraordinarium statui matrimoniali, idque

Sup. hoc in

tom. 8. tr. 6.
Ref. 20. §.
Quarto sexto,
post me-
dium, ver.
Confirma-
tur.

sine magno grauamine, ut suppono. Hoc usque p[ro]positus. Et Villalobos in summa, tom. 1. tral. 13. difficult. 42. num. 1. sic ait. [Los aspectos, rocamientos, los licitos entre los casados, y nunca llegan a pecado mortal, quando no ay peligro de pollution, y con los abrazos y osculos se intentasse solo monstrar señal de amor, no seria pecado ninguno, non auiendo el dicho peligro.] Sic ille. Et reuera in his dæ sunt.

RESOL. CXCIV.

An tactus, oscula, aspectus, & verba impudica sunt licita inter coniugatos, etiam si ex illis præstent sequitur delectatio, aut membrorum servientium generationi commotio? Ex part. 3. tral. 4. Ref. 4. alias 226.

§. 1. A d h[oc] questionem ita responder Sanchez de matrimonio, lib. 9. diff. 46. n. 43. & lib. 10. n. 36. Non existimo esse, mortale in coniugatis per se, & verba turpia, delectationemque venientem ex copula cogitata consurgentem dare causam commotioni membrorum servientium generationi, & deinde currere in delectationes prævias, quibus ineficiolos id esset lethale; nam hoc non est gravis dampnum generationis in tali statu, & aliunde ex delectationes, & spirituum commotiones in eis vacat culpa mortali. Ita Sanchez, & post illam Salas in part. 2. tom. 2. qnaq. 74. tral. 13. diff. 6. sit. 18. n. 11, & Villalobos in summa, tom. 1. tral. 13. difficult. 42. num. 1. vbi sic afferit. [Los aspectos, rocamientos, y demás delectaciones son licitos entre los casados, y nunca llegan a pecado mortal, quando no ay peligro de pollution, porque el acto a que se ordena, de donde nace la delectacion, no es pecado entre los casados, si con los abrazos y osculos se intentasse solo mostrara señal de amor, no seria pecado ninguno no auiendo el peligro dicho, mas si aquellos dchos fueressen dirigidos solo a delectar sin animo de ligar a la copula, solo seria pecado venial, y aunque en esto viesse periculum delectationis, no seria pecado mortal entre casados.] Sic Villalobos, vide supra in resol. 199.

RESOL. CXCV.

Quidam vir in absentia coniugij sapientibus delectationem de actu coniugij præterito, & etiam futura, ac si acta præsentis esset, sine tamen aliquo periculo pollutionis: Confessarius obligavit illum ad explicandum numerum prædictarum delectationum, quibus postea à me, an vere in illis delectationibus peccatum mortaliter?

Et quid, si ex tali delectatione procedat aliquam commotione, & alteratio in partibus pudendis ab ipso periculo tamen pollutionis?

Et deducitur, quod in viduis esset lethale delectari a copula præterita, quia si tunc esset præsentis: Ex parta. tr. 17. & Misc. 3. Ref. 36.

§. 1. Q uæ sic opinatus est Sylvestri delicto. Sup. qnaq. 2. & Nauare. cap. 16. num. 10. qnaq. 3. & sequenti sunt neuteric multi, ut Joan. Salas in part. 1. tom. 2. tral. 10. diff. 6. sit. 10. num. 20. Azur. tom. 1. lib. 4. cap. 6. qnaq. 8. Fernandez in suo exam. Jerez. pari. 4. cap. 2. §. 4. num. 6. & nouissime Rodriguez in summa, tom. 2. cap. 88. num. 7. Probatur, quia de simili bus